ex contenti scripti praefati Manualis non completa eorum explendique Cita-
tus exnunc memoratus Recognoscens Generosus Andreas Blaz-
owski sive eius Successores ad instantiam praenominati Per-
illustris Reverendissimi Antonii Winnicki Episcopi nunc Dioecesis Premy-
sliensis et Samboriensis vel eius posterorum ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu superatimpt.
quoad respondendum spectat mediante semper in primo
Citationis termino tanquam peremptorio stare ac comparere
Respondere Damna praefata Terrestri lucro Intercisi huic Sa-
tisfacere ac omne indicatum par debebit et tenebitur seque
ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat illum
terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde Consequen-
tes eiusdem terminos semper peremptorios Veram infirmita-
te pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel ex-
tra regnum servitio militari ad munimenta ad Tractorii vel
aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differ-
endo ad quaestionem praesentem ultra proximos officii praefati
Castrensis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo
Nullasque Motiones et Appellationes ac earum prosequutiones faciendo
ac promissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evadendo
suspensionibus futuris iuris praetensione Tempestate Conven-
tioneque ac aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfu-
giendo Nec aliis quovis modo evadendo Hac tamen praesenti perso-
nali Recognitione ad promissa mediante

Złocki Łazowskim Cedit
Unà cum Oblata Consens.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premysliensibus Religiosus Pater Antonius de Zelichow Złocki Ordinis
Sancti Francisci Fratrum Conventualium Actu Presbyter olim Generoso-
rum Stanislai a Zelichow et Zophiae a Rupniow Złockich Coniugum
Filius Generosorum vero olim Andreae et Michaelis a Zelichow Złockich Fra-
trum inter se germanorum sterilium vita functorum frater germanus ac
Successor iure divino et naturali Successionis legitimus cum ipsis eorum

personali

367

personali et consensu praesentaneo Religiosi Patris Stephani Au-
szewicz Praesidentis Conventus protunc Premyslien. Ordinis Sanc-
ti Francisci Fratrum minorum Conventualium hic ibidem cora(m)
officio et actis praesentibus personaliter stans et ad infrascripta
recognoscenda libere ipso consentiente sanus mente et corpore
existens a totis Bonis suis quibusque omnibusque suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo Praesenti vero Castren. Capitan.
Premyslien. Iurisdictioni quoad Vim actus praesentis astrict. se
cum Successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit Quia ipse inhaerendo Consensui expresso
et Facultati Admodum Rndi Patris Nicolai Antonij Galecki Mini-
stri Provincialis Provinciae Russiae et Magni Ducatus Lithuaniae
protunc existen. actu Anno praesenti Millesimo Sexcentesimo Quin-
quagesimo Nono die Vigesima Mensis Octobris hic Premysliae sub
sigillo Maiori Provinciae datt. tum etiam inhaerendo priori suae ces-
sioni et Abrenunciationi dum adhuc in saeculo esset coram Actis
Castren. Capitaneal. Sendomirien. [illegible] in Crastino Epiphaniarum Do-
mini in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio
factae et recognitae quae Abrenunciatio cum alijs Actis Castren. Sendo-
mirien. hostili Suetico igne absumpta est eandemque innovando
et si opus est denuo faciendo et recognoscendo De omni et integro
Iure suo devolutorio et Iure naturali successorio sibi tam post mor-
tem olim Parentum suorum quam etiam et de hac luce decessum
sterilem patruorum olim Generosorum Andreae et Michaelis a Zelichow
Zlockich Fratrum suorum germanorum tum etiam post omnes alios
07 Consanguineos ad omnia bona mobilia et immobilia summasque
pecuniarias quasvis et potissimum ad summam Septem Millium
florenorum polonicalium olim supradicto Michaeli a Zelichow Zlocki
fratri suo germano per olim Illrem et Magnificum Franciscum a Ze-
brzydowice Zebrzydowski Castellanum Lublinen. debitam ac in
Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono proxime
praeterito feria quarta post Dominicam Reminiscere Quadra-
gesimalem coram Actis Castren. Capitanealibus Novae Civitatis Korczyn.
ad solvendum

ad solvendum inscripta tam et alias quasvis circa quascunque per
sonas existentes sibi vigore iure devoluto et naturali successione
inter alios successores servien[tibus] cum omnibus eiusdem iuris
sui successoralis et devolutorii sibi legitime servientibusque
spectan[tibus] beneficiis praerogativis et utilitatibus universis ac de ipso
[illegible] et summis pecuniariis se recognoscentem pro suo inte
resse post eosdem tam Parentes quam Fratres suos germanos
aliosque consanguineos concernen[tibus] cum totali praemissorum propri
etate et praerogativa nihil iuris Dominii proprietatis compete[n]
tis acquirendi usum fructum et utilitatem ex praemissis
omnibus pro se ac suis successoribus aut alio quopiam titulo
etiam pro aliquo Monasterio reservando seu excipiendo imo
omnes abnuendo se in totum et plenarie prout praemissa omnia
sibi recognoscenti pro suo interesse serviebant et se recogno
scentem inter alios consuccessores concernebant. Iam ex nunc et de
facto Generosis Adamo Sorori a Lazowo ac Sorori item Catherinae a
Zelichowo Sorori sui Recognitis germanae Lazowskiae Coniugibus
et ipsorum successoribus (acceptantibusque pro praemissis omnibus
reali et sufficienti satisfactione) cessit et condescendat prout
cessit et condescendit praesentibus omne et integrum ius suum sibi ad praemissa
omnia serviens in personam eorundem Generosorum Lazowskiorum Coniugum et illo
rum successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit pro
ut transfert transfundit et incorporat praesentibus In quod quidem ius
praesens cessum summas ac bona omnia summis eisdem onerata praemissaque
omnia praesentibus per se recognoscentem transfusa isidem recogno
scens praefatis Cessionariis suis et eorum posteris iam ex nunc et de facto coram
officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem quieti
iamque possessionem per Ministerialem quemcunque Regni Generalem competentem
et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per
ipsos Generosos Lazowskie Coniuges Cessionarios suos et eorum po
steros hoc idem ius praesens cessum summas ac bona summis o
nerata praemissaque omnia praesentibus transfusa cum
utilitatibus et usufructibus competentibusque et praerogativis

941

bendi et possidendi illisq pacifice et quiete vtfruendi Summas praefatas
quascunq pecuniarias per praesentes cessas apud quascunq personas exstantes
et se Recognoscentem modo suprascripto suo pro interesse concer-
nentes tollendi levandi et percipiendi de levatis et perceptis quie-
tandi pro eisdemq si non fuerint persolutae iure agendi pro-
cessus quosvis iudiciarios instituendi et ad debitum finem perducen-
di abiq omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum
quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi prae-
stat iuris originalis ea omnia latius in se complectens praesentisq cessi et trans-
fusi vigore Et hic subinde circa eandem Inscriptionem Cessionariam
eidem Recognoscens Religiosus Zlocki obtulit et ad acticandum por-
rexit eidem officio praesenti Literas Consensus Admodum Reverendi
in Christo Patris Nicolai Antonij Galecki Ministri Provincialis Russiae
et Magni Ducatus Lithuaniae Ordinis Minorum Conventus Sancti Franc
isci eidem Recognoscenti ad suprascripta recognoscenda cum subscriptione
manus eiusdem Provincialis et Sigillo Conventuali obsignatas Petens ea
dem Literas Consensus circa Inscriptionem suprascriptam Cessionariam
a se offerentes per officium praesens suscipi et actis praesentibus connotari
Ad cuius personalem affectationem et Oblationem officium praesens eas-
dem Literas Consensus coram se reproductas et revisas vti salvas et
illaesas omniq suspicionis nota carentes ab eodem Recognoscente su-
scepit et actis suis circa eandem suprascriptam Inscriptionem Cessio-
nariam connotavit Quarum est tenor talis

Frater Nicolaus Antonius Galecki Artium et Sacrae Theologiae Doctor
Minister Provincialis Russiae et Magni Ducatus Lithuaniae Ordinis Mi-
norum Conventus Sancti Francisci

Dilecto Nobis in Domino Fratri Patri Antonio Zlocki eiusdem Ordi-
nis nostri Sacerdoti Professo Salutem et benedictionem

Exposuisti Nobis qualiter tu exsens adhuc in saeculo ante ingressum Reli-
gionis omni Iure tuo haereditario et successionibus tetam pro illo tunc
quam in futurum quovis modo et post quoscunq tuos Consanguine-
os concernentibus in rem olim Generosi Stanislai de Zelichow Zlocki
Patris tui et olim Generosorum Andreae et Michaelis Zlockiorum fratrum
ac Generosae Catherinae sororis germanorum tuorum eorumq succes-

sorum

sorum Iure irrevocabili abrenuntiasti et coram actis Castrensibus Sen-
dominensibus in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadrage-
simo Tertio Feria Quarta in Crastino festi Epiphaniarum Domi-
ni, iuridice ac abrenuntiasse recognovisti. Cum autem haec tua iu-
ridica et legitima abrenuntiatio una cum aliis Actis Castrensibus
Sendomiriensibus Deo iusto Iudice pro peccatis nostris id permittente
igne hostili grassante absumpta sit, quod etiam protestatione
officiosa de hoc per eosdem Successores facta et testimonijs fide
dignis illorum quibus praesentibus illorum haec Abrenuntiatio reco-
gnita est legitime deducitur. Et ex eo iidem Successores legitimi pro-
geniti vero Generosa Catherina Zlocka Consors ad praesens Generosi
Adami Conon a Lazow Lazowski tum vero Soror germana Cau-
sarum et Iurium suorum remoram iustitiae patiuntur hinc inde
[illegible] eorum consulendo ne ob respectum tuum aliquam retar-
dationem iustitiae patiantur tibi Virtute praesentium in Domino
Concedimus Ut vigore licentiae ab Admodum Reverendo Patre Ludo-
vico Cichocki Artium et Sacrae Theologiae Doctore Provinciali pro-
tunc Poloniae quam te in scriptis habuisse et per Suecos cum alijs
tuis rebus ablatam esse omnes fatentur et huius nostrae innovatio-
nis eandem abrenuntiationem tuam per te olim recognitam et Sendo-
mirij igne absumptam innovare recognoscere et coram quibusvis
Actis authenticis maxime ad eandem Generosam tuam Sororem et Generosos
affines supradictos requisitus fueris iuridice facere ac de omnibus
[illegible] tuo et successoribus etiam ut suis in personas et rem eorum
cedere possis et valeas. Omnes et singulos Magnificos et Generosos
Actorum cuiuscunque Districtus Officiales in Domino humillime
requirentes ut nostra hac et suprascripta mediante facultate
tuam recognitionem authenticae suscipiant et extradant. In [illegible]
Datum in Conventu nostro Premysliensi die Vigesima [illegible]
no Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Non[o]

Antonius Galecki Minis[ter] Provincialis manu propria
Stanislaus Loiowski Secretarius et A[ssistens]
Post quam [Liberarum] Consensus [illegible]

9412

praefato Generoso Lazowski ex Consensu praefat. Recognt. per officium praesens extradit[a] est.

Horodyscij mutuo sibi Intercisam Roborant

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Capitalibus Premysliensibus Religiosus ac Nobilis Ioan Horodyski ab una et Nobilis Hrehory Horodyski Zurawlik parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice de personis recognoverunt et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit [illegible] et quidem praefatus Nobilis Hrehory Horodyski suo et Nobilis Teodor Horodyski Parentis sui pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit Nomine sibi mutuo et invicem vna pars alteri ac postens vtriusque partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligat praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes et praenominatum Parentem de actu et data illius in Villa Horodysze feria quinta ante festum Sancti Lucae Evangelistae proxima ratione certarum rerum et Conditionum conscriptam Manibus praefat. Religiosi Horodyski Graeco idiomate propria pro parte Nobilium Horodyskie manu Nobilis Constantini Kaminski subscriptam Vadioque Quingentorum florenorum polonicalium firmatam In omnibus et singulis Intercisis Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio ligaribus in vniversum omnibus firmiter tenere complere inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius [illegible] quam in quavis minima parte [illegible] quovis infringere Intercisam praedictam ad Inscriptionem praesentem